



**Vademecum Sive Praxis Opera Quotidiana Aliaque ritè
peragendi, & per ea salutem & perfectionem propriam, ac
proximi, instituto Societatis Jesu conformem assequendi**

De operibus solidæque devotionis exercitiis, quæ vel quotidie non
peraguntur, ves fusiore indigent explicatione, quomodo cum majori fructu
peragi possint

Limpens, Ferdinand

Coloniæ Agrippinæ, 1744

Oratio, Evangelium.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54780](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54780)

inter hæc maximè contristavit Dominum, trina Petri negatio. Tempore *Epistolæ* cogito Dominum meum specialiter fuisse accusatum ut ever-
sorem veteris legis.

Oratio, Evangelium.

DUM à cornu *Epistolæ* ad medium Altaris procedo oraturus, ibidem consuetam orationem, præcedit me Dominus meus à domo Caiphæ ad Pilatum, apud eum de variis accusatus, eum à Pilato ad Herodem missum prosequor, dum ad cornu *Evangelii* vado lecturus *Evangelium*. Et quia apud utrumque ratione doctrinæ suæ maximè accusatur, & usque modò doctrina Christi maximam patitur contradictionem ab infidelibus, hæreticis, & pro dolor ipso facto à Catholicis. Hinc cum summo desiderio prædicandi cum fructu *Evangelii* id altè, clarè, distinctè ac devotè recito. Ante hoc autem, initio *Evangelii* Cruce signato, *Dominus vobiscum*, eâ intentione dico, ut, quàm exterioriùs omnes Sacrum audientes adhibent verbo Dei reverentiam surgendo & stando; eam quæ re ipsâ & in animo exhibeant, & in spiritu cum Sacerdote devoto osculo venerentur locum lecti *Evangelii* ad significandum ardorem; quo totam illam doctrinam amplecti, in corde conservare; & etiam, quoad consilia *Evangelica*, executioni mandare volunt.

Credo.

INTERIM à cornu *Evangelii* ad medium Altaris præcedit me Dominus meus ab Herode remissus